



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

III. Markgraf Albrecht bekundet die Stiftung des Marien- und Johannis-Altars in der Pfarrkirche zu Eberswalde, der gleichfalls mit Hebungen aus dem Hufenzinse zu Wernäuchen dotirt wird, am 19. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

II. Markgraf Albrecht gründet der heiligen Jungfrau und den Aposteln Peter und Paul bei der Pfarrkirche zu Neustadt-Eberswalde zwei Altäre und dotirt dieselben mit Hebungen aus dem Hufenzinse zu Wernäuchen, am 19. November 1300.

In nomine sancte et Individue Trinitatis Amen. Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus et in publicam notitiam devenire cupimus singulorum, quibus presentes fuerint recitate, Quod ad laudem et honorem Dei omnipotentis ejusque sancte matris Marie virginis perpetue ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum in parochiali Ecclesia Eberswalde duo Altaria ab ipsa ecclesia distincta et ab invicem distincta construximus et quodlibet ipsorum dotavimus octo fructis scilicet XXX solidis denariorum Brandenburgensium, dativorum et tribus Choris filiginis cum VI modis, et tribus choris hordei cum VI modis in censu mansorum oppidi nostri Warnow in festo B. Martini annis singulis attollendis. Dicta vero sedecim frusta ad eadem duo altaria cum omni libertate et mera proprietate perpetuo pertinebunt. Ambo vero sacerdotes eadem altaria cum pronentibus eorum habentes singulis diebus dicent vigiliis et missas animarum nisi festivitibus et diebus Dominicis fuerint impediti. In altari S. Pauli quotidie fiet memoria illustrium Principum felicis memorie Patris nostri Ottonis Brandenburgensium Marchionis et matris nostre Beatricis et charissimi fratris nostri Ottonis Brandenburgensium Marchionis, et filiorum nostrorum charissimorum Ottonis et Henninghi, Et similiter animarum nostre videlicet et uxoris nostre Mechtildis et heredum et successorum nostrorum perpetualiter ac etiam omnium fidelium defunctorum. In altari vero S. Petri quotidie fiet memoria famuli Segebandi de Berghe et similiter animarum omnium fidelium defunctorum. Collationem quoque eorundem duorum altarium nobis et nostris successoribus referuamus. Ut autem nostra donatio predicta ab omnibus tam presentibus quam futuris illesa et inviolabilis in perpetuum observetur, presentes inde confectas sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes quoque hujus sunt reverendus pater Dn. Johannes Abbas ecclesie Leninensis, frater Wilhelmus prior Domus predicatorum in Colonia, Dn. Bruno de Berlin, Dn. Johannes de Landesberg Capellani nostri, Johannes Sparro, Heino de Pule, Heino de Oderberg milites, Theodoricus de Barnum, Gheradus Wrist, Theodoricus Repekow, Michael et Henricus de Thene et Conradus de Schönebeck vasalli nostri et plures alii fidedigni. Datum Eberswolde per manum Johannis, tunc nostri Notarii, Anno Domini Millesimo Trecentesimo, die B. Elizabethæ.

Nach Seidel's handschr. Urkunden-Sammlung.

III. Markgraf Albrecht bekundet die Stiftung des Marien- und Johannis-Altars in der Pfarrkirche zu Eberswalde, der gleichfalls mit Hebungen aus dem Hufenzinse zu Wernäuchen dotirt wird, am 19. November 1300.

Nos Albertus, d. gr. marchio Brandenburgensis, Recognoscimus — quod in Ecclesia parochiali Civitatis Everwalde ad laudem Dei omnipotentis eiusque matris Marie Virginis perpetue et beati Johannis Evangeliste, Ad salutem quoque animarum nostre videlicet et Magnifici principis domini Ottonis, Brandeborgensis Marchionis, charissimi fratris nostri, Progenito-

rum quoque et filiorum ac successorum nostrorum — altare quoddam construximus, quod dotauimus decem fructis videlicet duobus talentis denariorum Brand. dativorum et quatuor choris siliginis et quatuor choris hordei in censu manforum oppidi nostri Warnow die beati Martini annis singulis in perpetuum attollendis — Collationem — eiusdem altaris nobis — referuamus. Misse quoque celebrande sunt he etc. — Zeugen vnd Datum wie bei der vorigen Urkunde.

Aus Seidel's handschr. Urkunden-Sammlung.

IV. Markgraf Hermann überläßt der Stadt Eberswalde den Marktzoll,
am 12. März 1306.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Ad memoriam presentium et certam noticiam futurorum. Nos Hermannus, dei gracia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio et Dominus de Henneberg, recognoscimus publice per presentes, quod propter pacem et commune bonum terre civitatis nostre Eberswalde forense telonium Burgenfibus civitatis ejusdem donavimus perpetuo possidendum, ita videlicet quod Consules, qui sunt et processu temporis fuerint in eadem, ipsum teloneum locandi, exponendi, committendi cuicumque voluerint et resumendi, prout civitati viderint expedire, liberam habeant in perpetuo facultatem. Item predictos nostros Burgenfes dicimus undique in terris nostris liberos et solutos ab omni teloneo dando tam in terris quam in aquis et precipue per descensum et ascensum Vinou et Odere in nostra distinctione. Igitur committimus seriose per presentes presentibus officialibus nostris seu qui pro tempore fuerint, ut nihil a predictis burgenfibus nostris nostre civitatis Eberswalde pro teloneo exigant seu requirant. Ne igitur super premissis imposterum dubium oriatur, presentes inde conscribi et sigilli nostri appensione iussimus communiri. Testes quoque hujus sunt Johannes Sparro, Henricus de Pole et Henricus de Oderberghe milites nostri, Thidericus de Bornum, Gerardus Wrest, Thidericus de Repckowe, Conradus de Schoenebecke et Otto de Gera vasalli nostri et plures alii fide digni. Datum et actum Werbellino, per manum Johannis, nostri subnotarii, Anno domini millesimo trecentesimo sexto, in die S. Gregorii Pape.

Aus gleichzeitiger Abschrift. Fehlerhaft mit dem Jahre 1307 in Gercken's Fragm. I, 42 abgedruckt.

V. Markgraf Hermann übergiebt dem Conrad von Finow und Meister Conrad die Mühle
zu Neustadt-Eberswalde und bestimmt deren Mahlzwang, am 8. Mai 1307.

In nomine domini amen. Humane actiones a memoria hominum laberentur, si non fidei testimonio firmarentur: fidele etenim testimonium habet scriptura, que intereuntibus hominibus, ea que sibi commendantur, non sinit aliquatenus interire. Hinc est, quod Nos Hermannus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio et Dominus de Hennebergh, recognoscimus et ad universonum presentibus pervenire notionem cupimus, quod honestis viris nobis dilectis Con-